Natiuitas tua Dei Genitrix Virgo Gaudium annunciauit vniuerſo mundo ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter qui ſoluens maledictionem dedit benedictionem & confundens mortem donauit nobis vitam ſempiternam. A tre Canti
Stetit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu ſua. A due Tenori
Dum præliaretur Michael Archangelus cum dracone audita eſt vox dicentium ſalus Deo noſtro Alleluia. A due Canti
Benedicite Dominum omnes Angeli eius potentes virtute qui ſacitis verbum eius ad audiendam voces ſermonum eius Benedicite Dominum omnes Angeli eius laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula. A due Canti
Franciſcus pauper & humilis orabat Dominus & beatis vulneribus ſaucius clamabat dicens vulneraſti cor meum bone Ieſu Dicite dilecto meo quia amore langueo dulce vulnus dulce mori pro te Chriſte Rex optime. A due Tenori
Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus ſtantes ante thronum. A 6. Tre Canti, e tre Alti
Regali ex progenie Maria exorta refulget cuius procibus nos aiuuari mente & ſpiritu deuotiſſime poſcimus. A due Baſsi
Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas & adorauerunt Deum. A 4. Canti
Benedicite Dominum omnes electi eius agite dies lætitiæ & confitemini illi. A tre Tenori
Cantantibus organis Cecilia Virgo in corde ſuo ſoli Domino decantabat dicens fiat Domine cor meum corpus meum immaculatum vt non confundar. A 2. Canto, e Tenore.
Catherina Virgo Pro cæleſti ſponſo moritur & Angelicis manibus tumulatur O beatam Virginem quæ regna non curauit mortalia vt ſumeret cæleſtia lætantur Angelorum chori & canunt ad inuicem ſurge propera Columba formoſa ſponſa Chriſti Surge Virgo Catherina Ecce Sponſus venit Cum quo regnabit in æternum. A 2. Canto, e Tenore.
Beatus Andreas orabat dicens Domine Rex æternæ gloriæ Suſcipe me pendentem in patibulo. A due Alti
Conceptio glorioſæ Virginis Mariæ ex ſemine Abrahæ ortæ de tribu Iuda clara ex ſtirpe Dauid. A due Canti
Anima mea deſiderauit te in nocte quæſiui & non inueni vocaui & non reſpondes mihi Surgam & circuibo ciuitatem & quæram dilectum meum vocabo & dicam ei reuertere dilecte mi quia amore langueo. A 2. Canto, e Baſſo
Veni Domine & noli tardare relaxa facinora plebi tuæ & reuoca diſperſos in terram ſuam. A due Canti
Oſculetur me oſculo oris ſui quia meliora ſunt vbera tua vino flagrantia vnguentis optimis oleum effuſum nomen tuum ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. A 2. Canto, e Baſſo
Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum aperiatur terra & germinet Saluatorem veni Domine & noli tardare relaxa facinora plebi tuæ & reuoca diſperſos in terram ſuam. A quattro.
Ecce Dominus veniet & omnes ſancti eius cum eo & erit in die illa lux magna Alleluia. A quattro.

Alma Redemptoris Mater quæ peruia cæli Porta manes & ſtella maris ſuccurre cadenti Surgere qui curat populo tu quæ genuiſti natura mirante tuum ſanĉtum genitorem Virgo prius ac poſterius Gabrielis ab ore ſumens illud Aue peccatorum miſerere. A 3. due Canti, e Baſſo

Quem vidiſtis Paſtores dicite annunciate nobis in terris quis apparuit Natum vidimus & choros Angelorum collaudantes Dominum Alleluia.   A 4. due Canti, Alto, e Tenore

Angelus ad Paſtores ait Annuncio vobis gaudium magnum Quia natus eſt nobis hodie Saluator mundi Alleluia.   A 2. Canto, e Baſſo

Dies ſanĉtificatus illuxit nobis venite gentes & adorate Dominum Quia hodie deſcendit lux magna in terris Hæc dies quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea.   A due Baſſi

Hodie nobis cælorum Rex de Virgine naſci dignatus eſt vt hominem perditum ad cæleſtia regna reuocaret Gaudet exercitus Angelorum Quia ſalus æterna humano generi apparuit Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.   A 4. tre Canti, e Baſſo

Apud Dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio.   A due Baſsi

Terra mota eſt Etenim cæli diſillauerunt.   A 4. due Canti, e due Baſſi

Eruĉtauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna ſedes tua Deus in ſæculum ſæculi virga direĉtionis regni tui.   A 2. Canto, e Basso

Venite exultemus Domino iubilemus Deo ſalutar noſtro præoccupemus faciem eius in confeſſione & in pſalmis iubilemus ei.  Quoniam Deus magnus Dominus & rex magnus ſuper omnes Deos quoniam non repellet Dominus plebem ſuam quia in manu eius ſunt omnes fines terræ & altitudines montium ipſe conſpicit.  Quoniam ipſius eſt mare & ipſe fecit illud & aridam fundauerunt manus eius Venite adoremus & procidamus ante Deum ploremus coram Domino qui fecit nos nos autem populus eius & oues paſcuæ eius.  Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto vbi tentauerunt me patres veſtri probauerunt & viderunt opera mea.  Quadraginta annis proximus fui generationi huic & dixi ſemper hi errant corde ipſi vero non cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem meam.  Gloria patri & Filio & Spiritui ſanĉto.  Sicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum Amen.   A 3. due Canti, e Baſſo

Lapides torrentis illi dulces fuerunt ipſum ſequuntur omnes animæ iuſtæ.   A due Tenori

Intuens in cælum Beatus Stephanus vidit gloriam Dei.   A due Canti

Lapidant Stephanum inuocantem & dicentem Domine Ieſu Chriſte accipe ſpiritum meum & ne ſtatuas illis hoc peccatum & cum hoc dixiſſet obdormiuit in Domino.   A 2. Canto, e Baſſo

Valde honorandus eſt beatus Ioannes qui ſupra peĉtus Domini in cœna recubuit cui Chriſtus in cruce Matrem Virginem commendauit.   A due Tenori

Iſte eſt Ioannes qui ſupra peĉtus Domini in cœna recubuit Beatus Apoſtolus cui reuelata ſunt ſecreta cæleſtia.  A due Canti

Ex ore infantium & laĉtentium perfeciſti laudem propter inimicus tuos vt deſtruas inimicum & vltorem.  A quattro Canti

Præparate corda veſtra Domino & ſeruite illi ſoli & liberabit vos de manibus inimicorum veſtrorum.   A 3. Baſſi

Miſerere mei Deus Quoniam in te confidit anima mea & in vmbra alarum tuarum ſperabo Donec tranſeat iniquitas clamabo ad Deum altiſſimum Deum qui benefecit mihi exaltare ſuper cælos Deos & ſuper omnem terram gloria tua. A due Alti.
Quanti mercenarij in domo patris mei abundat panibus ego autem hic fame perco Surgam & ibo ad patrem meum & dicam ei fac me ſicut vnum ex mercenarijs tuis. A 3. due Canti, e Baſſo
In monte Oliueti orauit ad patrem Pater ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte Spiritus quidem promptus eſt caro autem infirma fiat voluntas tua Vigilate & orate vt non intretis in tentationem ſpiritus quidem promptus eſt caro autem infirma fiat voluntas tua. A due Canti
Emendemus in melius quæ ignoranter peccauimus ne ſubito præoccupati die mortis quæramus ſpatium pœnitentiæ & inuenire non poſſimus attende Domine & miſerere quia peccauimus tibi. A quattro.
Tribularer ſi neſcirem miſericordias tuas Domine tu dixiſti nolo mortem peccatoris ſed vt magis conuertatur & viuat qui Cananæam & Publicanum vocaſti ad pœnitentiam. A 4. due Canti, Alto, e Baſſo
Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio fletu & planĉtu ſcindite corda veſtra & non veſtimenta veſtra Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum quoniam benignus eſt. A quattro Prima Parte
Derelinquat impius viam ſuam & reuertatur ad Dominum & miſerebitur eius quoniam benignus eſt ſanĉtificate ieiunium & clamate ad Dominum parce Domine parce populo tuo. A quattro Seconda Parte
Lazarus amicus noſter dormit eamus & à ſomno excitemus eum. A 4. due Canti, e due Alti
Angelus Domini deſcendit de cælo & accedens reuoluit lapidem & ſedebat ſuper eum Alleluia. A due Canti
Et ecce terremotus faĉtus eſt magnus Angelus enim Domini deſcendit de cælo Alleluia. A 2. Baſſi
Reſplenduit facies eius ſicut ſol veſtimenta autem eius faĉta ſunt alba ſicut nix Alleluia. A due Tenori
De ore prudentis procedit mel dulcedo mellis eſt ſub lingua eius fauus diſtillans labia eius Alleluia. A due Canti
Ego ſum qui ſum & conſilium meum non eſt cum impijs ſed in lege Domini voluntas mea eſt Alleluia. A due Canti
Expurgate vetus fermentum vt ſitis noua conſperſio Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus Itaque epulemur in Domino Alleluia. A 3. due Canti, e Baſſo
Deus canticum nouum cantabo tibi Alleluia in pſalterio decem cordarum pſallam tibi Alleluia Deus meus es tu & confitebor tibi Deus meus es tu & exaltabo te Alleluia. A tre Canti
Viderunt te aquæ Deus & timuerunt multitudo ſonitus aquarum vocem dederunt nubes Alleluia. A quattro
Ardens eſt cor meum deſidero videre Dominum meum quæro & non inuenio vbi poſuerunt eum Alleluia. A quattro
Ego ſum vitis vera Et vos palmites qui manet in me & ego in eo hic fert fruĉtum multum Alleluia ſicut dilexit me pater & ego dilexi vos Alleluia. A quattro

Iam non dicam vos ſervos ſed amicos meos quia omnia cognouiſti quæ operatus ſum in medio veſtri Alleluia accipite Spiritum ſanĉtum in vobis paraclitum ille eſt Alleluia quem Pater mittet vobis Alleluia vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ ego præcepi vobis accipite Spiritum ſanĉtum in vobis paraclitum ille eſt quem Pater mittet vobis Alleluia. A quattro.

Tempus eſt vt reuertar ad eum qui me miſit dicit Dominus nolite contriſtari nec turbetur cor veſtrum rogo pro vobis patrem vt ipſe vos cuſtodiat niſi ego abiero paraclitus non veniet dum aſſumptus fuero mittam vobis eum rogo pro vobis patrem vt ipſe vos cuſtodiat Alleluia. A quattro

Regina cæli lætare Alleluia Quia quem meruiſti portare Alleluia Reſurrexit ſicut dixit Alleluia Ora pro nobis Deum Alleluia. A due Canti

Viri Galilæi quid aſpicitis in cælum hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum ſic veniet Alleluia. A due Canti

Cumque intuerentur in cælum euntem illum dixerunt Alleluia. A 4. due Alti, Canto, e Tenore

Exaltate Regem Regum & hymnum dicite Deo Videntibus illis eleuatus eſt & nubes ſuſcepit eum in cælo Alleluia. A due Canti

O Rex gloriæ Domine virtutum Qui triumphator hodie ſuper omnes cælos aſcendiſti ne derelinquas nos orphanos ſed mitte promiſſum patris in nos ſpiritum veritatis Alleluia. A due Alti

Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum introduxit me rex in cellaria ſua Exultabimus & lætabimur in te memores vberum tuorum ſuper vinum reĉti diligunt te. A 2. Canto, e Tenore

Cum complerentur dies Pentecoſtes erant omnes pariter in eodem loco Alleluia. A due Tenori

Fontes & omnia quæ mouentur in aquis hymnun dicite Deo Alleluia. A due Canti

Loquebantur varijs linguis Apoſtoli magnalia Dei pro vt Spiritus ſanĉtus dabat eloqui illis Alleluia Repleti ſunt omnes Spiritu ſanĉto & cœperunt loqui Alleluia. A due Alti

O glorioſa Domina Excelſa ſuper ſidera Qui te creauit prouide laĉtaſti ſacro vbere Quod Eua triſtis abſtulit Tu reddis almo germine Intrent vt aſtra flebiles Cæli feneſtra faĉta es Tu Regis alti ianua Et porta lucis fulgida Vitam datam per Virginem Gentes redemptæ plaudite Gloria tibi Domine Qui natus es de Virgine cum Patre & ſanĉto Spiritu in ſempiterna ſæcula. Amen. A due Canti con il Ripieno

Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum & plena erat omnis terra maieſtate eius & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum Seraphim ſtabant ſuper illud ſex alæ vni & ſex alæ alteri & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum Alleluia. A 4. due Canti, e due Tenori

Ecce Deus magnus vincens ſapientiam noſtram numerus annorum eius ineſtimabilis Qui affert ſtillas pluuiæ & effundit imbres ad inſtar gurgitum ſi voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum & fulgurare lumine ſuo Cardines quoque maris operiet. A 4. due Canti, Alto, e Baſſo

Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. A due Canti

Caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo. A 2. Canto, e Tenore

Iurauit Dominus & non pœnitebit eum Tu es ſacerdos in æternum. A due Canti

Ego ſum panis vitæ patres veſtri manducauerunt manna in deſerto & mortui ſunt Hic eſt panis de cælo deſcendens vt ſi quis ex ipſo manducet non moriatur.   A 2. Canto, e Baſſo
Iſti ſunt triumphatores & amici Dei qui contemnentes iuſſa principum meruerunt præmia æterna modo coronantur & accipiunt palmam.   A 2. Canto, e Tenore
Beati eſtis cum maledixerint vobis homines & perſecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me Gaudete & exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.   A 2. Canto, e Baſſo
Non ſunt loquelæ neque ſermones quorum non audiantur voces eorum in omnem terram exiuit ſonus eorum & in fines orbis terræ nimis honorati sunt amici tui Deus nimis confortatus eſt principatus eorum.   A quattro
Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos & in tempore erit reſpectus illorum.   A due Canti
Eſtote fortes in bello & pugnate cum antiquo ſerpente & accipietis regnum æternum Alleluia.   A due Baſſi
Sancti per fidem vicerunt regna operati ſunt iuſtitiam quorum doctrina fulget Eccleſia vt Sol & Luna.   A 4. due Canti, Alto, e Tenore
Qui ſequitur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitæ dicit Dominus.   A tre Tenori
Poſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo magna eſt gloria eius in ſalutari tuo.   A 2. Canto, e Baſſo
Corona aurea ſuper caput eius expreſſa ſigno ſanctitatis gloria honoris & opus fortitudinis Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.   A 2. Canto, e Tenore
Lætentur omnes qui ſperant in te Domine Quoniam tu benedixiſti iuſto Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti eum.   A due Canti
Beatus vir qui ſuffert tentationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ quam repromiſit Deus iligentibus ſe.   A tre Baſsi
Corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt & viuent nomina eorum in æternum.   A tre Alti
Iſtorum eſt enim Regnum cælorum qui contempſerunt vitam mundi & peruenerunt ad præmia regna & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.   A tre Canti
Iſti ſunt ſancti qui pro teſtamento Dei ſua corpora tradiderunt & in ſanguine Agni lauerunt ſtolas ſuas.   A due Tenori
Sanctorum velut aquilæ iuuentus renouabitur florebunt ſicut lilium in ciuitate Domini.   A tre Canti
Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis ſanctorum & iam non erit amplius neque luctus neque clamor ſed nec vllus dolor quoniam priora tranſierunt.   A 2. Canto, e Baſſo
In cæleſtibus regnis ſanctorum habitatio eſt & in æternum requies eorum ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei & inter ſanctos ſors illorum eſt.   A due Alti
Gaudent in cælis animæ ſanctorum qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt Ideo cum Chriſto exultant ſine fine.   A tre Canti
Lætamini in Domino & exultate iuſti & gloriamini omnes recti corde.   A 3. Alti
Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt & non tanget illos tormentum mortis Viſi ſunt oculis inſipientium mori illi autem ſunt in pace.   A 4. due Canti, Alto, e Baſſo
Spiritus & animæ iuſtorum hymnum dicite Deo noſtro Alleluia.   A quattro Canti

Non eſt inuentus ſimilis illi Qui conſeruaret legem excelſi.   A due Alti
Dum eſſet summus Pontifex terrena non metuit ſed ad cæleſtia regna glorioſus migrauit.   A due Canti
Amauit eum Dominus & ornauit eum ſtolam gloriæ induit eum & ad portas paradiſi coronauit eum.   A due Baſsi
Iuſtus gereminabit ſicut lilium & florebit in æternum ante Dominum plantatus in domo Domini in atrio ſanĉto eius & florebit in æternum ante Dominum.   A tre Canti
Iſte cognouit iuſtitium & vidit mirabilia magna & exorauit Altiſſimum & inuentus eſt in numero Sanĉtorum.   A tre Tenori
Domine quinque talenta tradidiſti mihi ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.   A 6. tre Canti, e tre Alti
Euge ſerue bone in modico fidelis intra in gaudium Domini tui.   A 4. Alti
Deduxit illum Dominus in via mirabili & fuit illi in velamento diei & in luce ſtellarum per noĉtem Deſcendit cum illo in fouea & in vinculis non dereliquit illum.   A tre Baſſi
Beatus vir qui in lege domini meditabitur voluntas eius permanet dic ac noĉte & omnia quæcunque faciet ſemper proſperabuntur.   A due Canti
Bonum eſt confiteri Domino & pſallere nomini tuo altiſſime in decacordo pſalterio cum cantico in cithara iuſtus vt palma florebit ſicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo Domino in atrijs domus Dei noſtri florebit.   A 2. Canto, e Baſſo
Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula & qui poſt aurum non abijt nec ſperauit in pecuniæ theſauris quis eſt hic & laudabimus eum fecit mirabilia in vita ſua.   A due Baſſi
Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum & in via peccatorum non ſtetit & in cathedra peſtilentiæ non ſedit ſed in lege domini voluntas eius & in lege eius meditabitur die ac noĉte.   A 4. due Canti, Alto, e Baſſo
Si ignoras te ò pulchra inter mulieres egredere & abi poſt veſtigia gregum tuorum & paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtorum Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilauite amica mea.   A due Canti
Haec eſt Virgo ſapiens & vna de numero prudentum.   A 2. Canto, e Tenore
Surge propera amica mea & veni iam enim hyems tranſijt imber abijt & receſsit flores apparuerunt in terra noſtra tempus putationsi aduenit vox turturis audita eſt in terra noſtra ficus protulit groſſos ſuos vineæ florentes dederunt odorem ſuum.   A tre Canti
Introduxit me rex in cella vinaria ordinauit in me charitatem fulcite me floribus ſtipate me malis quia amore langueo.   A 2. Canto, e Tenore
Ecce tu pulcher es dileĉte mi & decorus leĉtulus noſter floridus tigna domorum noſtrarum cedrina laquearia cipreſsina Ego flos campi & lilium conuallium.   A due Alti
Dileĉtus meus deſcendit in ortum ſuum ad areolam aromatum vt ibi paſcatur in hortis & lilia colligat ego dileĉto meo & dileĉtus meus mihi qui paſcitur inter lilia.   A 2. Canto, e Baſſo
Sicut lilium inter ſpinas ſis amica mea inter filias ſicut malus inter ligna ſyluarum ſic dileĉtus meus inter filios ſub vmbra illius quem deſideraueram ſedi & fruĉtus eius dulcis gutturi meo.   A 2. Baſsi
Veni eleĉta mea & ponam in te thronum meum quia concupiuit Rex ſpeciem tuam Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna Quia concupiuit Rex ſpeciem tuam.   A due Alti
Faſciculus myrrhæ dileĉtus meus mihi inter vbera mea commorabitur Botrus cypri dileĉtus meus mihi in vineis Engaddi ecce tu pulchra es amica mea oculi tui columbarum.   A due Alti

Vineam meam non cuſtodiui Indica mihi quem diligit anima mea Vbi paſcas vbi cubes in meridie e ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. A 2. Canto, e Baſſo
Veni dilecte mi egrediamur in agrum commoremur in villis mane ſurgamus ad vineas videamus ſi floruit vinea ſi flores fructus parturiunt ſi floruerunt mala punica ibi dabo tibi vbera mea. A 4. due Canti, Alto, e Baſſo
O Quam pulchra eſt generatio caſta cum claritate immortalis eſt enim memoria illius cum præſens eſt imitantur Iam imitantur illam & deſiderant eam cum ſe eduxerit eam & in perpetuum coronata triumphat. A quattro
Domus mea domus orationis vocabitur dicit Dominus in ea omnis qui petit accipit & qui quærit inuenit & pulſanti aperietur. A 3. due Canti, e Baſſo
Exaudiſti Domine orationem ſerui tui vt ædificarem templum nomini tuo benedic & ſanctifica domum iſtam in ſempiternum Deus Iſrael. A due Tenori
Audi Domine hymnum & orationem quam ſeruus tuus orat coram te hodie vt ſint oculi tui aperti & aures tuæ intentæ. A 2. Canto, e Tenore
Domus tuam Domine in logitudine dierum domum tuam Domine decet ſanctitudo in longitudine dierum. A 6. tre Alti, e tre Tenori
Domus mea domus orationis vocabitur. A quattro Canti
Bene fundata eſt domus Domini ſupra firmam petram. A 8. quattro Canti, e quattro Baſſi
Anima mea liquefacta eſt vt dilectus meus locutus eſt mihi fulcite me floribus ſtipate me malis filiæ Ieru quoniam priora tranſieruntalem quia amore langueo. A due Tenori
Ad Dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me Domine libera animam meam à labis iniquis & à lingua dolo. A 2. Canto, e Baſso
Domine pater & Deus vitæ meæ ne derelinquas me in cogitatu maligno extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi & deſiderium malignum auerte à me. A 2. Canto, e Baſſo
Audite cæli quæ loquor audiat terra verba oris mei concreſcat vt pluuia doctrina mea fluat vt ros eloquium meum quaſi imber ſuper herbam & quaſi ſtillæ ſuper gramina Quia nomen Domini inuocabo. A 3. due Canti, e Baſſo
Benedicam Dominum in omni tempore ſemper laus eius in ore meo in Domino laudabitur anima mea audiant manſueti & lætentur. a tre Canti
Miſericordias Domini in æternum cantabo Quoniam dixiſti in æternum miſericordia ædificabitur in cælis præparabitur veritas tua in eis Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine eternim veritatem tuam in Eccleſia ſanctorum. A due Canti
Salum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam infixus ſum in limo profundi & non eſt ſubſtantia veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me laboraui clamans raucæ factæ ſunt fauces meæ defecerunt oculi mei dum ſpero in
Dilectus meus mihi & ego illi qui paſcitur inter lilia Donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ reuertere ſimilis eſto dilecte mi capreæ himnuloque ceruorum ſuper montes Bethel. a 2. Canto, e Tenore
Confitebor tibi Domine tibi Domine in toto corde meo narrabo omnia mirabilia tua lætabor & exultabo in te pſallam nomini tuo altiſſime pſallite Domino qui habitat in Syon annunciate inter gentes ſtudia eius. A due Tenori
Anima mea liquefacta eſt vt dilectus meus locutus eſt mihi fulcite me floribus ſtipate me malis filiæ Hieruſalem quia amore langueo. A 2. Canto, e Tenore

Cantate Domino canticum nouum cantate Domino omnis terra Cantate Domino & benedicite nomini eius annunciate de die in diem ſalutare eius annunciate inter gentes gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis terribilis eſt ſuper omnes Deos. A 4. due Canti, Alto, e Baſſo
Iubilate Deo omnis terra pſalmum dicite nomini eius date gloriam laudi eius pſalmum dicat nomini tuo tranſiuimus per ignem & aquam & eduxiſti nos in refrigerium venite & audite & narrabo vobis qui timetis Deum quanta fecit animæ meæ. A quattro
Laudate Dominum de cælis laudate eum in excelſis Laudate eum omnes Angeli eius laudate eium omnes virtutes eius Laudate eum Sol & Luna laudate eum omnes ſtellæ & lumen Laudate eium cæli cælorum & aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen Domini. A 4. tre Canti, e Baſſo
Ego autem ſum vermis & non homo opprobrium hominum & abieĉtio plebis omnes videntes me deriſerunt me locuti ſunt labijs & mouerunt caput. A 2. Canto, e Tenore
O Ieſu mi dulciſſime Spes ſpirantis animæ Te quærunt piæ lacrymæ Te clamor mentis intimæ Ieſu ſumma benignitas Mihi cordis iucunditas Incomprehenſa bonitas Tua me ſtringat charitas. A quattro
Ieſu dulcis memoria Dans vera cordi gaudia Sed ſuper mel & omnia eius dulcis præſentia Nil canitur ſuauius Nil auditur iucundius Nil cogitatur dulcius Quam Ieſus Dei filius Nil. A quattro
O Salutaris hoſtiam quæ cæli pandis oſtium Bella præmunt hoſtilia Da robur fer auxilium. a 3. due Canti, e Baſſo
Aue Rex noſter Tu ſolus noſtros es miſeratus errores Patri obediens Duĉtus es ad crucifigendum Tibi gloria oſanna Tibi triumphus & viĉtoria. A 4. due Canti, Alto, e Baſſo
Ieſum omnes agnoſcite amore eius poſcite Ieſum ardenter quærite quærendo in ardeſcite O beatum incendium & ardens deſiderium o dulce refrigerium amare Dei Filium. A 4. due Canti, Alto, e Baſſo
Quando Ieſus diligitur Tunc amor non eſtinguitur Non tepeſcit non moritur plus creſcit plus accenditur Viuit & ardet iugiter dulceſcit mirabiliter. A quattro
Sic amantem diligite Amoris vicem reddite In hunc amorem currite & vota votis reddite Ieſus auĉtor elementiæ totius ſpes lætitiæ Dulcoris fons & gratiæ vere cordis delitiæ. a 4. due Canti, Alto, e Baſſo
Caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo. A quattro
Ieſu dulcedo cordium fons viuus lumen mentium excedens omne gaudium & omne deſiderium. A 4. due Canti, Alto, e Baſso
Sic Deus dilexit mundum vt Filium ſuum Vnigenitum daret vt omnis qui credit in ipſum non pereat ſed habeat vitam æternam. A quattro
Ieſu Rex admirabilis & triumphator nobilis dulcedo ineffabilis Totus deſiderabilis nec lingua valet dicere nec littera exprimere expertus poteſt credere quid ſit Ieſum diligere. A quattro
Ieſu decus angelicum in aure dulce canticum in ore mel mirificum in corde neĉtar cælicum qui te guſtant eſuriunt qui bibunt adhuc ſitiunt deſiderare neſciunt niſi Ieſum quem diligunt. A 4. due Canti, Alto, e Baſſo

**Part-books:**

| | | | |
|---|---|---|---|
| CANTVS | A$^{14}$, B-G$^{16}$, H$^{4}$ | 228pp. | Dedication. Note to Readers. Index. |
| ALTVS | I$^{14}$, K-N$^{16}$, O$^{10}$ | 176pp. | Dedication. Note to Readers. Index. |
| TENOR | P$^{14}$, Q-T$^{16}$, V$^{4}$ | 164pp. | Dedication. Note to Readers. Index. |
| BASSVS | X$^{14}$, Y-Bb$^{16}$, Cc$^{6}$ | 168pp. | Dedication. Note to Readers. Index. |
| ORGANVM | Dd -Ii$^{16}$, Kk$^{8}$, Ll$^{4}$ | 216pp. | Dedication. Note to Readers. Index. |

**Remarks:**

Quarto format. Copies consulted: **D**-MÜs, Rp; **I**-Bc (microfilm). RISM C2211.